

P Y R A M V S

E T

T H I S B E

OVIDII METAMORPHOSEON LIBRI IV VERSVS 55-166

EX RECENSIONE RICH. TARRANT

SCATEBRANA PINXIT



PYRAMUS ET THISBE,




IUVENUM PULCHERRIMUS ALTER,



ALTERA, QUAS ORIENS HABUIT, PRAELATA PUELLIS,

CONTIGUAS TENUERE DOMOS, UBI DICITUR ALTAM
COCTILIBUS MURIS CINXISSE SEMIRAMIS URBEM.




NOTITIAM PRIMOSQUE GRADUS VICINIA FECIT;




TEMPORE CREVIT AMOR.



TAEDAE QUOQUE IURE COISSENT,



SED VETUERE PATRES;



QUOD NON POTUERE VETARE,




EX AEUO CAPTIS ARDEBANT MENTIBUS AMBO.






CONSCIUS OMNIS ABEST; NUTU
SIGNISQUE LOQUUNTUR,



QUOQUE MAGIS TEGITUR, TECTUS MAGIS AESTUAT IGNIS.






FISSUS ERAT TENUI RIMA, QUAM DUXERAT OLIM

CUM FIERET, PARIES DOMUI COMMUNIS UTRIQUE.





ID VITIUM NULLI PER SÆCULA LONGA NOTATUM
(QUID NON SENTIT AMOR?) PRIMI VIDISTIS AMANTES





ET VOCIS FECISTIS ITER,



SAEPE, UBI CONSTITERANT HINC THISBE, PYRAMUS ILLINC,




INQUE VICES FUERAT CAPTATUS
ANHELITUS ORIS,

INVIDE DICEBANT PARIES, QUID AMANTIBUS OBSTAS?
QUANTUM ERAT, UT SINNERES TOTO NOS CORPORE IUNGI?
AUT, HOC SI NIMIUM EST, VEL AD OSCULA DANDA PATERES!


NEC SUMUS INGRATI; TIBI NOS DEBERE FATEMUR
QUOD DATUS EST VERBIS AD AMICAS TRANSITUS AURES.




TALIA DIVERSA NEQUIQUAM SEDE LOCUTI




SUB NOCTEM DIXERE „VALE” PARTIQUE DEDERE



OSCUA QUISQUE SUAE NON PERVENIENTIA CONTRA.





POSTERA NOCTURNOS AURORA REMOVERAT IGNES
SOLQUE PRUINOSAS RADIIS SICCAVERAT HERBAS:

AD SOLITUM COIERE LOCUM. TUM MURMURE PARVO



MULTA PRIUS QUESTI STATUUNT UT NOCTE SILENTI



FALLERE CUSTODES FORIBUSQUE
EXCEDERE TEMPTENT,




CUMQUE DOMO EXIERINT, URBIS
QUOQUE TECTA RELINQUANT.




NEVE SIT ERRANDUM LATO SPATIA NTIBUS ARVO,
CONVENIANT AD BUSTA NINI LATEANTQUE
SUB UMBRA
ARBORIS; ARBOR IBI NIVEIS UBERRIMA POMIS,
AR DUA MORUS, ERAT, GELIDO CONTERMINA FON TI.



PACTA PLACENT; ET LUX TARDE DISCEDERE VISA





PRÆCIPITATUR AQUIS, ET AQUIS NOX EXIT AB ISDEM.



CALLIDA PER TENEBRAS
VERSATO CARDINE THISBE




EGREDITUR FALLITQUE SUOS
ADOPERTAQUE VULTUM


PERVENIT AD TUMULUM DICTAQUE SUB ARBORE SEDIT;
AUDACEM FACIEBAT AMOR.




VENIT ECCE RECENTI
CAEDE LEAENA BOUM SPUMANTES OBLITA RICTUS



DEPOSITURA SITIM VICINI FONTIS IN UNDA;





QUAM PROCUL AD LUNAE RADIOS BABYLONIA THISBE



VIDIT ET OBSCURUM TIMIDO PEDE FUGIT IN ANTRUM,



DUMQUE FUGIT, TERGO VELAMINA LAPSA RELIQUIT.






UT LEA SAEVA SITIM MULTA COMPESCUIT UNDA,

DUM REDIT IN SILVAS, INVENTOS FORTE SINE IPSA
ORE CRUENTATO TENUES LANIAVIT AMICTUS.



SERIUS EGRESSUS VESTIGIA VIDIT IN ALTO



PULVERE CERTA FERAE TOTOQUE EXPALLUIT ORE



PYRAMUS; UT VERO VESTEM QUOQUE SANGUINE TINCTAM REPPERIT,

UNA DUOS **INQUIT** NOX PERDET AMANTES,
E QUIBUS ILLA FUIT LONGA DIGNISSIMA VITA,
NOSTRA NOCENS ANIMA EST. EGO TE, MISERANDA, PEREMI,
IN LOCA PLENA METUS QUI IUSSI NOCTE VENIRES
NEC PRIOR HUC VENI.

NOSTRUM DIVELLITE CORPUS
ET SCELERATA FERRO CONSUMITE
VISCERA MORSU,
O QUICUMQUE SUB HAC HABITATIS
RUPE LEONES!
SED TIMIDI EST
OPTARE NECEM.





VELAMINA THISBES
TOLLIT ET AD PACTAE SECUM FERT ARBORIS UMBRAM,
UTQUE DEDIT NOTAE LACRIMAS, DEDIT OSCULA VESTI,



ACCIPERE NUNC INQUIT NOSTRI
QUOQUE SANGUINIS HAUSTUS.



QUOQUE ERAT ACCINCTUS, DEMISIT IN ILIA FERRUM;
NEC MORA, FERVENTI MORIENS E VULNERE TRAXIT.



UT IACUIT RESUPINUS HUMO, CRUOR EMICAT ALTE,




NON ALITER QUAM CUM VITIATO FISTULA PLUMBO
SCINDITUR ET TENUES STRIDENTE FORAMINE LONGE
EIAULATUR AQUAS ATQUE ICTIBUS AERA RUMPIT.



ARBOREI FETUS ASPERGINE CAEDIS IN ATRAM
VERTUNTUR FACIEM, MADEFACTAQUE SANGUINE RADIX
PURPUREO TINGIT PENDENTIA MORE COLORE.



ECCE METU NONDUM POSITO, NE FALLAT AMANTEM,



ILLA REDIT IUVENEMQUE OCVLIS ANIMOQUE REQRIRIT,
QVANTAQVE VITARIT NARRARE PERICVLA GESTIT.

VTQVE LOCVM ET VISA COGNOSCIT IN ARBORE FORMAM,
SIC FACIT INCERTAM POMI COLOR; HAERET, AN HAEC SIT.






DUM DUBITAT, TREMEBUNDA VIDET PULSARE CRUENTUM
MEMBRA SOLUM RETROQUE PEDEM TULIT ORAQUE BUXO

PALLIDIORA GERENS EXHORRUIT AEQUORIS INSTAR,
QUOD TREMIT, EXIGUA CUM SUMMUM STRINGITUR AURA.






SED POSTQUAM REMORATA SUOS COGNOVIT AMORES,

Gm



PERCUTIT INDIGNOS CLARO PLANGORE LACERTOS
ET LANIATA COMAS AMPLEXAQUE CORPUS AMATUM

VULNERA SUPPLEVIT LACRIMIS FLETUMQUE CRUORI
MISCUIT ET GELIDIS IN VULTIBUS OSCULA FIGENS





AD NOMEN THISBES OCULOS IAM MORTE GRAVATOS
PYRAMUS EREXIT VISAQUE RECONDIDIT ILLA.



QUAE POSTQUAM VESTEMQUE SUAM COGNOVIT ET ENSE
VIDIT EBUR VACUUM,



TUA TE MANUS INQUIT
AMORQUE
PERDIDIT, INFELIX. EST ET
MIHI FORTIS IN UNUM
HOC MANUS, EST ET AMOR;
DABIT HIC IN VULNERA VIRES.





VOTA TAMEN TETIGERE DEOS, TETIGERE PARENTES;
NAM COLOR IN POMO EST, UBI PERMATURUIT, ATER,
QUODQUE ROGIS SUPEREST UNA REQUIESCIT IN URNA.



SCATEBRANA PINXIT

MOSCOVIAE MMXIX